Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



quod locutus sum: et innocentem et impium qui confunit. Si
flagellat occidat semel: et non
de pœna innocentum ridebit. Terra data est in manus impii
vultum iudicii eius operit.
Quod si non ille est. quis ergo
est. Dies mei velociores fuerunt cursore. fugerunt et non
viderunt bonum. pertransierunt
f. quasi naves portantes. sicut aquila volans ad escam.
Si dixero nequaquam ita loquar
commutabo faciem meam: et do
lore torquebor. sed timebar omnia
opera mea sciens quia non parcis
delinquenti. Si autem
et sic impius sum quare frustra
laboravi. Si lotus fuero
quasi aquis nivis. et fulserint velut mundissime manus
mee. tamen sordibus intingues
g. me: et abhominabuntur
me vestimenta mea. Neque enim
viro qui sicut me est respondebo: nec qui mecum in iudi
cio ex æquo possit audire. Non
est qui utrique valeat arguere: et ponere manum suam
in ambobus. Auferat a me
virgam suam: et pavor eius non me terreat. Loquar et
non timebo eum. Neque enim
possum metuens responderet

a. Tedet anima mea: ℣
vite mee: dimittam
adversum me eloquium
meum. Loquar in amaritudi
ne animæ mee: dicam deo.
noli condemnare. Iudica me
cur me ita iudicas. Numquid
bonum tibi videtur si calumnia
b. ris, et opprimas me. opus
manuum tuarum. et consilium
impiorum adiuves. Numquid o
culi carnei tibi sunt. aut sic
videt homo. et tu videbis sicut
quod sunt dies hominis dies tui.
et anni tui sunt humana sunt
tempora: ut quæras iniquitatem me
am et peccatum meum scrutaris et
c. scias quia nichil impium fecerim
cum sit nemo qui de manu tua
possit eruere. Manus tue fecerunt me et plasmaverunt
me totum in circuitu: et sic
repente præcipitas me. Memento
quæso quod sicut lutum fecisti me: et in pulverem reduces me
d. Nonne sicut lac mulsisti me.
et sicut caseum me coagulasti
pelle et carnibus vestisti me:
ossibus et nervis compegisti me
vitam et misericordiam tribu
isti mihi: et visitatio tua cus
todivit spiritum meum. Licet hæc
celes in corde tuo: tamen scio quia
universorum memineris. Si pec
e. cavi et ad horam pepercisti mihi
cur ab iniquitate mea mun
dum me esse non putasti. et si
impius fuero vae mihi est:
et si iustus non levabo caput
saturatus affectione et mise
ra et plena suprabundantia filie
ra capitis mei: exurgens mi
f. rabiliter me capiens. instauras
testes tuos contra me: et multi
plicas iram tuam adversum me:
et pene militant in me cuna
te d'vium eduxisti me. cum
viderem consumptus essem ne o
culus me videret. fuisse quasi
non essem: d'utero translatus
ad tumulum. Numquid non pau
g. citas dierum meorum finietur
breve. Dimitte ergo me ut
ut plangam paululum dolorem
meum antequam vadam et
non revertar ad terram tene
brosam et opertam morte caligine